



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 105. Margarithæ Austriacæ adventus in Gallias

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tit. S. Luciae; Joannem a Margaritis Hispanum, Gerundensem Episcopum, tit. S. Balbinæ; Joannem Jacobum Sclafenatum Mediolanensem, Episcopum Parmensem, tit. S. Stephani in Caelio Monte; Joannem Baptistam ab Ursinis Romanum, tum Carthaginensem, postea Tarentinum Archiepiscopum, Cardinalem Diaconum, primo tit. S. Mariæ Novæ, denique Presbyterum tit. SS. Petri (*) & Pauli. His adjungi poterit septimus, nimirum Ascanius Maria Sfortia ortus ex Mediolani Ducibus, Cardinalis Diaconus tit. SS. Viti, & Modesti, S. R. E. Vicecancellarius, Episcopus Patavinus, Novariensis &c. Hujus tamen electionem Historicorum nonnulli ad posterioris anni principium, paulo ante obitum Sixti rejiciunt. Hic sub Regimine succedentis Papæ magnam nominis sui laudem sibi comparavit.

§. CV.

Margaritæ Austriacæ adventus in Gallis.

Jam anno præcedenti ad finem vergente sancitum erat, ut Margarita Austriaca

(*) *Errone typi loco Joannis irrepsisse credimus Petri; nullus enim Cardinalium ejusmodi Ecclesiæ titulo decorari solet, & Ciasonius habet, tit. SS. Joannis & Pauli.*

Sæcul. XV.
A C. 1483.

Sæcul. XV. *striaca Maximiliani filia in Sponsam Del-*
 A.C. 1483. *phini selecta Ludovico Franciæ Regi tra-*
 deretur. Nihilominus Gandavenses, qui
 busdam controversiis necdum plene com-
 positis eandem in Gallias mittere diffen-
 bant usque ad mensem Aprilem anni præ-
 sentis, quo etiam nuptiæ ad finem me-
 sis Julii pompa vere regia Ambaciæ sus-
 runt celebratæ.

§. CVI.

Eduardi IV. Angliæ Regis obitus.

Rex Angliæ, qui Filiam suam Delphi-
 no jungendam tam certa spe tenebat
 ut illam hoc dignitatis nomine jamjam
 appellari præciperet, Gallorum perfidiam
 suorumque subditorum ludibria tam ægro-
 ferebat, ut præ pudoris mærorisque ve-
 hementia in morbum incideret, qui
 etiam die quarta Aprilis vivis ereptus
 est, non sine magno Franciæ jubilo; hu-
 jus enim Regis obitus multas calamita-
 tes, quibus forte tractu temporis Galles
 afflixisset, antevertit. Duos Filios reli-
 quit, Eduardum & Richardum, necnon
 quinque filias, quarum nonnullæ Princi-
 pibus Anglicis connubio copulatæ erant.
 Habebat duos Fratres, quorum alterum
 nempe Clarentiæ Ducem trucidari jussit
 rat, solo superstite Glocestriæ Duce, qui
 etiam solium usurpabat.

*Comm. l. 6.
 c. 9.
 Chron. Lud.
 XI. Polyd.
 Virg. l. 4.
 in fin.*

§. CVII.